



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Tractatio Synoptica De Iudiciis Ad Lib: II. Decretal:  
Gregorii IX.**

**Herberstein, Ferdinand von  
Tabarelli de Fatis, Donato Vincenzo**

**Spirens., 1660**

8.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11416**

pax sit Covar: reg: peccatum p. 2. §. 8. & ut supra diximus n. 2. continuatio possessionis tempori legibus definito non defuerit.

8. Qua in re distinguendum, utrum res, quæ usucapienda est, cum titulo possideatur, an sine titulo: & iterum utrum res mobilis, an immobilis existat: Nam res mobiles triennio usucapiuntur cum titulo & bona fide: sine titulo triginta annorum spatio. Res immobiles cum titulo ordinariè usucapiuntur inter præsentis spatio decennii: inter absentes 20. annis: sine titulo tempore longissimo videlicet 30. annis contra privatos: verùm contra Ecclesiam, Monasterium, hospitale, Fiscum publicum &c. 40. annis. At hæc distinctiùs prosequi instituti nostri non est. Hoc solùm addimus: si jus cõmune possessioni resistat, vel aliunde vehemēs præsumptio sit, possessionem mala fide, vel ex juris errore acquisitam, & usurpatam fuisse, tum neq; longissimum tempus ad præscribendum sine titulo sufficere, sed necesse est ostendere possessionem temporis immemorialis, quia talis immemorialis possessio inducit præsumptionem tituli, vel

vel accepti privilegii, si capacitas in præ-  
 scribente fuerit: ut habet *Gl. communi-*  
*ter recepta in cap. sup. quibusdam. & prate-*  
*na. de verbor signif:* Exemplo sit: si Episco-  
 pus alienæ Diœcesis Ecclesias vel deci-  
 mas tempore immemoriali possideat. Si  
 laicus à solvendis decimis pari antiquitate  
 sit immunis, vel Diœcesani ab ordinarii  
 jurisdictione exempti per *cap. si cum perso-*  
*na de privil. in 6.* Si inferiores Duces aut  
 Magnates regni, tributa exigant vectiga-  
 lia imponant. &c. *Covar: p. 2. §. 3.* Si fun-  
 dator aut Patronus Ecclesiæ Collegiatæ  
 jus præsentandi Prælatum aut Rectorem  
 Ecclesiæ sibi vendicet, à tempore con-  
 tinuato, cujus initii nulla memoria exstet.  
*Trid: sess. 25. cap. 9. de ref.*

PROBARI autem præscriptio debet per  
 testes. juxta *Gl. ult: in cit: sup: cap. 1. ut quod*  
*semper viderunt & audierunt ita esse nec un-*  
*quam contrarium, & quod communis est ac fuit*  
*semper opinio & fama quod sic fuerit, nec ex-*  
*stet contrarii initij memoria.* Monet tamen  
*Molin. disp. 76.* nihil obstare huic præscri-  
 ptioni, etsi constet possessionem cepisse  
 ante 100. vel 600. annos &c. dummo-  
 do il-

do illius initium memoriam fenum, qui modo vivunt, etiam ex auditu aut relatione majorum suorum excedat.

9. Illud porrò diligenter observandum est, obligationes, quæ per præscriptionem extingui possunt, duplicis esse generis. Quædam enim suapte natura tendunt ad agendum vel non agendum v. g. qui rem alienam possidet, obligatur ad eandem Domino suo reddendam: & qui ex mutuo, empto, aliâve pactione debitor est, obligatur ad rem debitam alteri solvendam. Item in servitutibus urbanis obligatur aliquis v. g. ad ædificium altius non attollendum, fenestram ad alterius hortum non aperiendam. &c. Quibus omnibus hoc commune est, ut nullâ præscriptione tolli possint. *Covar: p. 2. §. 11. 4. Less: dub: 6.* quamdiu earum scientia adest, dum, inquã, scis te rem alienam possidere, ex empto, aliâve pactione debitorem esse, vel jus ædificium tollendi, fenestram aperiendi &c. tibi nullam competere; præscriptionem nec inchoare nec perficere potes, quia malâ fide uteris. Aliæ verò obligationes sunt, quæ suapte natura